KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

Zdigitalizowano w ramach projektu
„OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

Ochrona i Konserwacja Cieszyńskiego Dziedzictwa Piśmienniczego

2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego

eea grants
iceland liechtenstein norway

Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

ДОБ. 8 – 38

Disco I non desiderare et appetere ab aliis honora-
ri aestimari, quam vel alii aestimentur, sed contra-
ria patienter ~~expe~~ experiri.
Ab exemplo dato S. Aloysii, qui dum minus accomo- m.
dabatur cum suo socio in gradam capsona, quam alii
~~contentante~~ dicebat socio suo, ~~qui~~ moleste ferenti: Ne
succende mi Frater, nec enim ~~e~~ eundem bonum
habes, nos siquidem paupertatem profitemur. Si
ergo ille eo numero nos habet, quo nos profitemur
nihil est, quod de eo conqueri possimus.

II S. Angelos quotidie honorandos et invocandos &c.
Quia illorum obsequiis quam maxime indigemus,
et magna conferunt beneficia. Visitant nos ubiq.
assistendo, innocentes custodiendo, in via manu-
ducendo, corpus nutriendo instituendo in moribus,
consolantur et adjuvant nos. P.
Statuo igitur & quotidie in honorem novem
Chororum Angelorum, novies Sanctus Deus, Sanctus
Fortis, Sanctus immortalis miserere nobis repetere,
2. S. Angelum custodem ter per diem precatiun-
cula Angele Dei qui custos es mei &. honorare
ad Exemplum S. Aloysii, ut sic illorum invocatione
gratiam obtineam mores pravos et vitam terrenam
in Angelicam mutandi.

## Ex Vita S. Stanislai

Disco aliorum duriores invasiones, verba asperi-
ora libenter ferendos esse.
Ab exemplo S. Stanislai, qui non aspera tantum m.
verba, sed dura etiam verbera, a Fratre suo
libenter sustulit, accedunt alii vexationes
irrisiones oblocutiones, aliorum nobilium con-
scolarium, quas omnes amanter excepit.
Statuo nunquam me grassius aut asperius allo- P.

quentibus eodem modo respondere velle.

Ex Vita S. Francisci Borgiæ.

Uxor ejus a nobilissima foemina interrogat a cur simplici adeo, pannosque attrita veste, nulla dignitatis habita ratione uteretur. Respondit: Mene byssinis sericis, aut purpureis indui vis, cum Dnum meum cilicium gestare sciam.

Cum S. Patri huic gratias agerent, quod dæmonium ejecerit, dicebat: Quid mirum, si dæmon me fugit? nam et veteri verbo dicitur, figulus figulum odit. Cum aliis ego olim offendiculo fuerim, nil mirum, si me ille oderit.

Item dum alio tempore mentio de eo fieret, ajebat: Demus verum esse quod narratis. Quid mirum cum ego sæpe numero dæmoni morem gesserim, semel illum mihi paruisse.

Dum semel coquo operam daret, missa est illi schedula a Regina Ulyssiponensi, quæ requirebat eum, ut eam inviseret, at ille servo, ajebat: A coquo inquit veniam sed. Ad hoc ille: Vade Pater poscas licet cui non pareo. Nec enim mihi ad hunc opera tua absque hac materia; quin enim mihi ad hunc opera tua Reginæ narra, te coquo domi operam dare. quo facilius missionem impetres. quod et fecit, et ex ea causa a Regina admirante tam prompta in S. Francisco parendi coquo voluntatem citius dimissus est.

Item dum a suo socio in hospitio quodam de nocte conspueretur in facie, veniam precanti dicebat: Ne Pater quid ea re labores: nec enim usquam me dignior locus in cubiculo, puto aspergi debuit.

Memento pro 5 Christi vulnera dispertiebatur, pro Admanus dextro vulnus Deo commendabat Summum Ecclesiæ Pontificem, Cardinales Episcopos Antistites Clericos Parochos omnesque personas Ecclesiasticas.
Ad sinistræ manus vulnus Regem ministros regios Judices et practicii secularis præsides. Ad pedes dextri vulneris omnes Religiosos imprimis Societatem Jesu.
Ad sinist. Suos consanguineos propinquos amicos

Benefactores, et quotquot ipsius se precibus peculiaribus
se commendassent. Laborem vulneris sibi soli reservabat.
Ex hac vita assequi volo. 1. Prompte obsequi et obedire P:
Fratribus et minoribus ~~quando~~ si ad eos ad labores assigna-
tus fuero. 2. Felices successus, et dona a Deo concessa
per mortificationem etc. aliis non enarrare, ad vitandam vanam
gloriam et ostendendum quod aliis. 3. Omni septimana
ad intentionem ~~h~~ praecedentem S. ~~Vul~~ et per honorem S. vul-
nerum 5 pater et ave cum feriali per oratione persolvam.

Ex Vita Venerab. P. Strobach. P.

Statuo a bonis propositis, moribus in S. novitiatu acqui-
sitis non decedere, et eos relinquere. n. 1
ab exemplo alterius, qui quem habitum virtutis induit
puer, hunc Ecclesiasticus, hunc Religiosus, per tiroci-
nium et magisterium domi ac foris inter barbaros,
vivens et moriens retinuit, adeo ut modestia inn-
quam defloruerit, quae adoleverit in illam maturi-
tatem, ut ipsis barbaris sacrum horrorem in sim
venerationem incuteret.

Ex Vita Venerab. Joan. Berchmann.

Hujus vita fuit Angelica, magna animi innocentia, agendi
modestia, suavitate morum, admirabili honestate, tran-
quilla vivendi ratione, rerum auspicatarum constantia, abso-
luta obedientia, promptitudine in serviendo, singulari
prudentia, rerum gerendarum excellenti fervore
spiritus, continebatur instar Angelorum ob oculos
posita praesentia Dei. P.
Erat in eo gravitas, non mixta levitate, et hilaritas
non maxima, risusque suum semper submissionis
cujusdam ac modestiae temperatione miscebat. Unum-
quemque magna affabilitate, dulcedine, gratia allo-
quebatur. Numquam auditus est iocantem illudere
ulli vel irridere. Numquam explodere quemquam aut
verbis lacessere; numquam queri, a quoquam se fuisse
laesum significare, efferoscere nec irasci, vel
vocem solito contentiorem aliquando mittere. Dum
laudabatur non se inflabat nec efferebat, et honesto
suffundebatur rubore. In culpa vocatus aut repre-
hensus non se dabat moerori, nullis a serviendo
Deo difficultatibus absterrebatur, quin animos addebat
aliis incitabatque. Ad bene promptus erat non anxius.
Occasiones agendi nec celeritate nimia anteverteba[t]
C

neque socordia corrumpebat.
Diarium illius. 1. Mane ad pulsum Dñe et
Eligere Patronū, per illius manus offerre primitias istius
diei, dein Symbolum Aplorum protestando me ēē verum
filium Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ. 2 oraōem Sodalitatis protes-
tando me velle ēē verum filium B.V.M. 3. Formulam
votorum, protestando me velle ēē verum filium Societatis.
Dein hoc 3.º ponam qdqd hodie cogitatibus dicturus facturus
ad gloriam Dei, in gratiarum actionem, pro beneficio S. Commu-
nionis pro affectu erga M. Virginem. pro humilitate,
Examen particulare, vitare peccatum, sponte nec mi-
nimam S. Reg. deliberate transgredi.
Item aspirationes Dñe doce me orare. ○ Dñe in me-
ditatione mea exardescat ignis. ○ Dñe aperi labia
cordis mei et cor meum annuntiabit laudem tuam.
Item vesperi post examen p Patronum offeram Deo cogitaões
verba et opera mea Deo in unione cogitaoum verborum
et operum Christi. 2. item Credo, oraoem marianā,
formulam votorum.
Item die Sabbati dicam 9ies Beata viscera M.V. ○
portarunt etc. in honorem 9 mensium.

Ex Vita Ven. P. Caroli Spinola.

Loca vilia æstimabo, et contentus ero omni munere habitaōe
ut si fiat perpendam carcerem in quo 4 Annis fuisset cujus
altitudo 17 latitudo 16 longitudo 24 cubitorum erat et tō
dicebat dum introducebatur Hæc requies mea in sæculum
sæculi hic habitabo quoniam elegi eam.
NB Accedit huic. ex lectione Venerab. P. Lancitii.
Amabo nesciri, videri sine ullo honore
Statuo simul ardens desiderium pro amore Dei vivendi
sine notitia et gloria apud hoēs, latendi in aliquo
angulo vilissimi domicilii nostri, sine ulla speciosa
occupatione et sine promotione ad altiora, et in
oblivione apud omnes præsertim Superiores et alios
a quibus promoveri possem. Hanc voluntatem
constanter conservandam offeram Dño Deo meo et
sæpe renovabo quovis die, qā ē magnum sacrificium
et valde acceptum Dño Deo
ut hoc fiat textum huic Non horruisti Virginis uterum
perpendam nempe, ubi Christus sponte eligens carcerem
molestissimum, quia erat ratione proditus perfectissima

quomodo ego contentus et addictus esse debeo silentio et cellae meae. Item 18 annis latuit inglorius a nullo agnitus usque ad tempus praedicationis et Baptismi.

Ex Vita S. P. Ignatii.

Statuo quotidie mane et vesperi N. T. T. speciali oratione trina in Patrem filium et spiritum S. absolvere et colere. 1.
Quotidie semel Te Deum laudamus etc. orare in gratiarum actionem S. Vocationis 2.
Formulam votorum quotidie renovare etc. seu orare. 3.

Ex Vita S. Francisci Xaverii.

Statuo quotidie aliquid sub meditatione sub laboribus officiis meditari in quae suo ordine, ut initio absque ortu facto deinceps cetera ejusdem egregia facinora ad gloriosam usque ad ascensionem in Caelum Jesum progrediens persequatur, ut singulis mensibus totam Christi Dni vitam percurram. 1.
Quotidie sub meditatione vota renovanda quia vix ullum hominibus Deo sacratis tutius medium contra diaboli, intestinique hostis impetus munimentum. 2.
Dater surgendum vestes induendas recentia Superioris dici dalecta rogam mihi in memoriam divinam, quae supplicatur implorata ne quod eo die offendam nominatim vero ne in noxas illas domesticas N. incurram.
Item Nihil agere ut dominans, sed lenitate potius modestiaque in regendo, instruendoque uti, quam auctoritate imperioque. Conari ut demissus et obediens moderatus et omnibus in rebus a quibus vitiosa natura abhorret victor mei sim, quia sine his virtutibus nemo e Societate erit Deo charus acceptusque nec sibi aut aliis utilis erit, nec aequo animo in Societate vivet.

KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl